

Poet und Prinzeps

Zum Augustusbild in Horaz' Oden und Ovids Exilelegien (Holzberg)

Q. Horatius Flaccus geb. 8. 12. 65 v.Chr.

ca. 35 v.Chr.: *Satiren I*:
auf der Seite der Triumvirn, aber betont unpolitisch
(1,5,26-31: *Anxur. / huc venturus erat Maecenas optimus
atque / Cocceius, missi magnis de rebus uterque / legati,
aversos soliti componere amicos. / hic oculis ego nigra
meis collyria lippus / inlinere*)

ca. 30 v. Chr.: *Satiren II*:
Octavian implizit gewidmet

Sommer 30 v.Chr.: *Epoden*:
nach Actium Hoffnung auf endgültigen Sieg Octa-
vians über Antonius und Kleopatra

26-23 v.Chr.: *Oden I-III*:
Hoffnung auf Sicherung der Reichsgrenzen, Sieg
über Parther (3,2,13: *dulce et decorum pro patria mori*)
Hoffnung auf moralische Erneuerung

19 v. Chr.: *Episteln I*:
Rückzug in die Philosophie, aber Rückgabe der
signa durch Parther begrüßt (12,27f.)

17 v.Chr.: *Carmen saeculare*

ca.11/10 v.Chr.: *Oden IV*:
Augustuspanegyrik, Preis der Siege des Drusus
und Tiberius über die Vindeliker (4; 5; 14; 15)

ca. 11/10 v.Chr.: *Episteln II*:
Epi. 1 an Augustus: Situation der röm. Poesie

Horaz gest. 27. 11. 8 v.Chr.

P. Ovidius Naso geb. 20. 3. 43 v.Chr.

nach 16 v.Chr.: *Amores*:
(1,2,51f.: *aspice cognati felicia Caesaris arma: /
qua vicit, victos protegit ille manu*)

nach *Amores*: *Epistula Heroidum*:
unpolitisch; in *Epi. 7* „private“ Interpretation
der Dido-Geschichte in Vergils *Aeneis*

ca. 1 v.Chr.: *Ars amatoria / Remedia amoris*:
Spiel mit den Ehegesetzen, aber 1,177ff. Pro-
phezeiung des Parthertriumphs C. Caesars

ca. 8 n.Chr.: *Metamorphosen*:
implizit Augustus gewidmet (1,204; 562f);
15,817ff. Augustuspanegyrik vs. eigene Un-
sterblichkeit

nach 8 n.Chr. *Fasti I-VI*
Augustuspanegyrik vs. elegischer Diskurs

ca. 9-16: *Tristia, Ibis, Epistulae ex Ponto*
Verbannungssituation als Situation des *ex-
clusus amator*; versteckte Kritik an der *ira*
des Augustus als Ggs. zu seiner *clementia*

Ovid gest. ca. 17 n.Chr.

Weitere zitierte Textstellen (*Epist.* 1,13,1-3; *Carm.* 4,15,1-4a)

*Ut proficiscentem docui te saepe diuque
Augusto reddes signata volumina, Vinni,
si validus, si laetus erit, si denique poscet.*

*Phoebus volentem proelia me loqui
victas et et urbes increpuit lyra,
ne parva Tyrrhenum per aequor
vela darem.*

Textbeispiele

Hor. c. 2,7:

*O saepe mecum tempus in ultimum
deducte Bruto militiae duce,
quis te redonavit Quiritem
dis patriis Italoque caelo,*

*ergo obligatam redde Iovi dapem
longaque fessum militia latus
depone sub lauru mea, nec
parce cadis tibi destinatis.* 20

*Pompei, meorum prime sodalium, 5
cum quo morantem saepe diem mero
fregi, coronatus nitentis
malobathro Syrio capillos?*

*oblivioso levia Massico
ciboria exple, funde capacibus
unguenta de conchis. quis udo
deproperare apio coronas*

*tecum Philippos et celerem fugam 10
sensi relicta non bene parmula,
cum fracta virtus et minaces
turpe solum tetigere mento;*

*curatve myrto? quem Venus arbitrum 25
dicet bibendi? non ego sanius
bacchabor Edonis: recepto
dulce mihi furere est amico.*

*sed me per hostis Mercurius celer 15
denso paventem sustulit aere,
te rursus in bellum resorbens
unda fretis tulit aestuosis.*

Ov. Pont. 3,6:

*Naso suo—posuit nomen quam paene!—sodali
mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.
at si cauta parum scripsisset dextra quis esses,
forsitan officio parta querela foret.
cur tamen hoc aliis tutum credentibus unus 5
adpellent ne te carmina nostra rogas?
quanta sit in media clementia Caesaris ira,
si nescis, ex me certior esse potes.
huic ego quam patior nil possem demere poenae,
si iudex meriti cogerer esse mei. 10
non vetat ille sui quemquam meminisse sodalis
nec prohibet tibi me scribere teque mihi.
nec scelus admittas, si consoleris amicum
mollibus et verbis aspera fata leves.
cur, dum tuta times, facis ut reverentia talis 15
fiat in Augustos invidiosa deos?
fulminis adflatos interdum vivere telis
vidimus et refici non prohibente Iove,
nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulixis,
Leucothee nanti ferre negavit opem. 20
crede mihi, miseris caelestia numina parcut
nec semper laesos et sine fine premunt.
principe nec nostro deus est moderatior ullus:
iustitia vires temperat ille suas;
nuper eam Caesar facto de marmore templo, 25
iam pridem posuit mentis in aede suae.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet
qui poenam culpa non meruere pati.
obruerit cum tot saevis deus aequoris undis,
ex illis mergi pars quota digna fuit? 30*

*cum pereant acie fortissima quaeque, vel ipso
iudice delectus Martis iniquus erit.
at si forte velis in nos inquirere, nemo est
qui se quod patitur commeruisse neget. 35
adde quod extinctos vel aqua vel Marte vel igni
nulla potest iterum restituuisse dies.
restituit multos aut poenae parte levavit
Caesar et in multis me precor esse velit.
at tu, cum tali populus sub principe simus,
adloquio profugi credis inesse metum? 40
forsitan haec domino Busiride iure timeres
aut solito clausos urere in aere viros.
desine mitem animum vano infamare timore.
saeva quid in placidis saxa vereris aquis?
ipse ego, quod primo scripsi sine nomine vobis, 45
vix excusari posse mihi videor.
sed pavor attonito rationis ademerat usum,
cesserat omne novis consiliumque malis,
fortunamque meam metuens, non vindicis iram
terrebar titulo nominis ipse mei. 50
hactenus admonitus memori concede poetae
ponat ut in chartis nomina cara suis.
turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu
si nulla libri parte legere mei.
ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit, 55
non ultra quam vis officiosus ero
teque tegam qui sis, nisi cum permiseris ipse.
cogetur nemo munus habere meum.
tu modo, quem poteris vel aperte tutus amare,
si res est anceps ista, latenter ama. 60*